



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

**Luca, Giovanni Battista de**

**Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. LX. Bonon. fideicommissi de Monterentiis. De eadem materia facultatis datæ gravato eligendi, seu nominandi aliquem ad successionem, an valeat, vel potius dispositio quæ dici solet captatoria; ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)

ad materiam dictæ Bullæ præfestim in Romana contributionis de Cessis dist. 89.

His stantibus, cum dispositio d. Authentica locum non haberet, supervacaneam dicebam alteram disputationem in ista controversia cadentem, An scilicet posito quod ad terminos Auth. præd. gravatus, saltem quartam pro substituto referre teneatur, illa intelligenda sit de universo asse, attento tempore mortis testatoris, vel potius de quarta parte bonorum remanentium de tempore dispositionis seu mortis gravati; In hoc autem articulo dicebam vanam esse prætensionem hæredis extranei per gravatum instituti, quia cum testator substitutionem fecerit in eo quod superest, dictus autem textus disponat talem superexistentiam verificari saltem debere in quarta parte, Uti-que id intelligendum est de tota hæreditate, inspecto tempore mortis testatoris, itaut talis disponendi facultas cum fideicommissi gravamine unita, operari solum videatur quoddam Trebellianicæ seu alterius detractionis augmentum, ut quemadmodum scilicet lex hæredi gravato concedit detractionem quartæ partis gravamini non subjectæ, & de qua in vita vel in morte disponere potest, ita hæc facultas per testatorem concessa operetur detractionis augmentum ad tres ex quatuor partibus.

Et ex qua ponderatione resultare dicebam onus esse hæredis firmare statum hæreditatis, ac probare bona extantia excedere quartam partem, stante quod gravatus non confecerat inventarium, atque constabat de multis alienationibus, Undè proindè resultat præsumptio consumptionis detractionum, juxta receptam & quotidianam conclusionem in materia detractionum legitimæ & trebellianicæ, cum cujus terminis hæc materiam regulandam esse dicebam mihi videri, cum nulla subesse videatur differentia, nisi illa quantitatis seu quotæ, quod scilicet dictæ detractiones de jure importent semissem, ista verò dodrantem; Et hæc fuit mea sententia, in quam ceteri etiam venerunt, undè injunctum fuit causæ Patrono, ut principalem de his certiorando, illum moneret ad concordiam, de facili sequendam, dum jam habebat dictam Rotam Bononiensis favorabilem resolutionem, probabiliter tamen alias in gradu appellationis per Rotam Romanam infirmandam, & puro, quod ita sequutum sit, dum amplius de hujusmodi causa actum non audivi.

## BONON. FIDEICOMMISSI

DE FELICINIS

PRO

CREDITORIBUS LUDOVICI  
DE FELICINIS

CVM

ALOYSIO BOSCHETTO.

*Responsum pro veritate.*

De eadem materia facultatis datae pro vato eligendi, seu nominandi, quem ad successionem, an vato vel potius dici possit dispositio tatoria; Et quatenus valeat, actus seu nominatus dicatur habere jus à nominatione, vel à primo testatore, itaut teneatur necesse est bita nominantis.

SUMMARYM.

- 1 **F**acti series.
- 2 De pluribus speciebus captatoria.
- 3 Electus seu nominatus ab herede ex voluntate testatoris an agnoscat in auctorem nominationem immediatam vel testatorem mediantem & de effectibus.
- 4 Que proprie dicatur captatoria.
- 5 De rationibus ob quas dispositio collata in nominationem voluntatem non valet.
- 6 Secus ubi agitur de substitutione & de rationibus.
- 7 De conclusione de qua num. 3.
- 8 De differentia ubi dispositio committitur heredi gravato & ubi simpliciter committitur.
- 9 Datur iudicium in casu contrarij nominatio sit voluntaria, & nominatio potest nominantem.
- 10 De casu alterius controversie in qua nominatio sit necessaria & actus valet.
- 11 Quando caducato primo substituto non caducatur sequens, & an in veritate nominatio sit anomala.
- 12 Ubi unus est institutus in usufructu, alter post eius mortem in proprietate, an tunc catur heres directus a principio vel substitutus.

DISC. LX.

Ludovicus de Felicinis, post defectum hæredum descendentium, in qua perpetuum fideicommissum ordinavit, ultimo facti testamenti adoptandi aliquem, cognomen & agnomen familiae assumpturum, qui in dicto fideicommissio succedere deberet; Cum autem Ludovicus junior ultimus in vim dictæ dispositionis adoptasset Aloysium Boschettum nepotem contra quem præfati Ludovici defuncti creditores agerent, ipsique de fideicommissio prædicto exciperet, suum ius ex persona primi testatoris, de duobus creditores replicabant, Primò scilicet de invaliditate dictæ dispositionis, ut potè collata in liberam adoptionem, & quæ proindè per nostros captatoria dicitur, juxta unam ex illis captatorie speciebus, quæ deductæ habentur per tam decis. 350. par. 6. rec. à num. 4. ad 13. et decis. 23. par. 11. rec. num. 3. & 12. cum sequ. secundò, quod cum positum esset in libera voluntate ultimi adoptandi personam sibi bene videri absque aliqua restrictione ad certum genus, & quæ substitutione alterius in casu non factæ dispositionis, ita actus remanet potius voluntarius quam necessarius.

necessarius, & consequenter adopratus seu nominatus jus metiri dicatur potius à nominante seu adoprante quam à primo testatore, & successivè tenetur ad ejus onera & debita, tanquam proprii auctoris juxta distinctionem deductam ex *textu in l. unum ff. de legat. secundo*, cum qua communiter pertransfunt DD. ex congestis per *Decian. conf. 48. num. 17. & sequen. lib. 2. Surd. conf. 29. num. 18. Tondut. quæst. civil. 50. num. 35. & sequen. Peregr. decif. 106. Fufar. quæst. 111. num. 1. & segg. Rora dec. 205. & 314 par. 9. rec. & dec. 170. p. 12. bene ac late in Romana emphyt. 29. Novembrii 1653. coram Verapio*, Atque ad effectum legitimæ debite filii talis nominantis vel adoprantis in bonis provenientibus ab alio, qui hanc facultatem prae buit, habetur actum in *Romana legitima de Pamphilijs sub rit. de legitima & detractionibus*.

Super his autem pro veritate consultus ex parte eorumdem creditorum; Ad primum motivum respondit, illud videri leve, parvique momenti, quoniam ultra quod leguleius error fuit nostrorum majorum in hac disponendi specie applicare terminos captatoriae, verè in ea non cadentes, cum captatoria proprie dicatur illa dispositio per quam disponit quis ad favorem unius, sub lege, quod ille disponat ad favorem sui, vel alterius quem ipse velit, ut explicando dictum æquivocum, ex *Oswaldo, Donello Gonnano Fabro, & alijs jurist. politoris eruditionis professoribus, habetur apud Castill. tom. 2. contro. cap. 6. num. 1. & sequen. & advertit etiam Rota antiqua apud Seraph. decif. 359. num. 11. & latus apud Martin. Andr. de. is. 73. num. 14. ac habetur particulariter actum in Romana hereditatis de Spatis sub rit. de testamentis, unde aliquam admirationem mihi præbere consuevit, quod in d. decif. 350. par. 6. & decif. 23. par. 11. recent. cum dicta antiqua simplicitate procederetur, cum verè non cadant dicti termini sed alii de dispositione in alterius voluntatem collata.*

Istis autem terminis retentis advertebam tunc dispositionem censi invalidam, quando est circa primam institutionem, à qua testamentum vires capit, quo casu duplex ratio cadit, una quod testatori imputandum est, cur dum poterat per seipsum disponere, id alienæ commiserit voluntati; Et altera ob fraudes seu concussiones ac violentias, aut seductiones & malas artes, cum quibus in vitæ discrimine constitutus, seu aliàs testandi libertate quis privati potest, cum inducendo ad conferendum voluntatem propriam in alienam; Secus autem ubi agitur de ulteriori fideicommissaria substitutione collata in remotum tempus, & post cessatum aliquod genus, cum quo testator prius disposuerit, cum tunc utraque ratio cesset; Et fortius, ubi talis dispositio vestita est à justa causa iustoque motivo renovandi propriam familiam, atque ita ex beneficio adoptionis, si cetera seu artificialiter supplendi id quod desideratur, sed ex naturæ defectu obtineri non potest, ex iis quæ habentur deducta in altera Bonon. fideicommissi de Monteremij disc. sequen. in qua jam scripseram, deducendo in isto responso easdem auctoritates, ac respondendo contrariis, ut ibi, nè idem repetatur.

Super secundo autem motivo respondi, juris theoreticam in abstracto esse veram, totamque questionem versari in applicatione ad factum, cujus potius quam juris proinde esse videtur, An scilicet in una vel altera distinctione parte versaremur, cumque integrum testamentum transmissum non

*Cardm. de Luca de Fideicommiss.*

esset, ad effectum videndi, an facultas esset per viam consilii ac merè voluntaria, vel econversò esset necessaria, & an restricta esset ad certum genus personarum, vel potius omnino vaga & incerta, Hinc proinde maturum responsum pro veritate dare non potui, sed juxta stylium, qui tenetur in responsis quæ dantur extra Curiam, quandò omnimoda, beneque distincta facti notitia non habetur, insinuavi hanc theoreticam seu distinctionem, ut scilicet si talis adoptio, seu nominatio esset vaga & generalis de persona omnino incerta de incertis absque ulteriori provisione in casu quo id non sequatur, & tunc dispositio censeatur potius ultimi & tanquam ex integro quam primi disponentis, bonaque censeantur esse in ejus patrimonio, quoties talis facultas à primo testatore attributa directa est in ultimum gravatum, qui dicitur dominus, secus autem si directa esset in aliquos officiales seu personas sub nomine officii vel dignitatis demonstratas, non dominos neque possessores, sed simplices executores juxta casum, de quo disc. sequen. Tunc enim eis non adimplentibus supplet iudex, & sic magna differentia est inter unum casum & alterum.

Secus autem, ubi talis facultas non esset omnino vaga & incerta, sed haberet restrictionem ad personam incertam de certo genere personarum, cum tunc actus videatur necessarius, & que non deducta facultate ad exercitium, dispositum censeatur ad favorem proximioris de illo genere, juxta casum de quo infra in alio casu Pistorien. Procedendo autem cum præsupposito contento in facti notula transmissi, probabilibus pro creditoribus, seu iis, in quos aliqua bona distracta erant, respondendum videbatur; Tum quia supponebatur dictam adoptandi facultatem habere solum restrictionem ad illegitimos quando adessent, sed eis cessantibus esse omnino vagam ac generalem; Tum etiam ob vehementem præsumptionem resultantem à juratis assertionibus, quas idem ultimus fecerat occasione alienationis bonorum vel impositionis censuum, aut alterius contractus, quod bona per ipsum possessa essent omnino libera nullique fideicommissi subjecta, utpotè in ipso expiranti.

In eodem proposito in una Pistorien. de Sozophanribus, cum Michael Angelus, defectis filiis vocasset filios Philippi agnati, eisque defectis vocasset illos de familia, quos idem Philippus nominaret; Dicitur autem Philippus, antequam præfata substitutionis casus fieret, moriendo sine filiis, disposuerit de hujusmodi bonis in Hiacynthum, Joannem Baptistam, & alios de familia; Hinc de duobus dubitatum fuit; Primò an ob prædecessum dicti Philippi ejusque filiorum & sic ob caducatum antecedentem gradum substitutionis, caducatus esset etiam sequens; Et secundo, an hæc dispositio dici posset invalida, utpotè collata in alienam voluntatem juxta superius allegatas auctoritates, ac alias de quibus plenè *Altograd. jun. contro. 43. num. 1. cum sequen. & per totum, & in dicta Bonon. de Monteremij disc. sequen.*

Super hoc autem pro veritate consultus, respondi neutram difficultatem pro meo sensu subsistere, Non quidem primam, cum ex contextu testamenti nulla urgere videretur conjectura denotans testatorem voluisse disponere per meram fideicommissariam, ac facere, ut nostri dicunt, fideicommissum graduale, ita ut intraret limitario deducta ex theor. *Angeli in leg. quamdiu ff. de acquir. hered. sed potius locus esset vulgari in fideicommisso, quæ anomala dicimus, per quæ corrupto gradu antecedenti subintrat*

LUCA  
de  
mentis  
cat.  
VI  
9

sequens, qui de secundo efficitur primus *juxta the-  
or. Barr. in eadem leg. quamdiu quam habemus re-  
ceptam pro regula ex plenè deductis per Rotam decis.  
201. & 227 par. 8. rec.* atque ita distinguendo habe-  
tur pluries infra ad materiam hujus vulgaris ano-  
molæ in *Perusina disc. 107. & in alijs subsequentibus*, ac  
etiam pluries advertitur supra, præsertim in *Roma-  
na fideicommissi de Alberinis disc. 53.*

Et quoad aliud motivam, quod ex antiquorum  
æquivoco etiam per aliquos modernos sub capta-  
toris nomine ut supra explicari solet cessabat pari-  
ter ea difficultas, quæ intrat, ubi dispositio est om-  
nino vaga cum incertis de incertis ut supra, cum fa-  
cultas nominandi restricta esset intra certum genus  
illorum de familia, undè propterea, non sequura  
nominatione vel præelectione, intrat vocatio seu  
successio proximioris de illo genere, & sic neutrum  
motivum mihi videbatur probabile.

De plerisque alijs inspectionibus in dicto re-  
sponso actum fuit, ad rem tamen non facientibus,  
de illa præsertim, ob quam etiam dicta caducatio,  
de qua in primo motivo cessabat, An scilicet insti-  
tutus in usufructu, post cujus mortem alter voca-  
tus est ad proprietatem, dicatur hæres pleno jure, fi-  
deicommissio gravatus ad favorem vocati post ejus  
mortem, ita ut usufructus resolvatur potius in cau-  
sam, quam in formalem juxta unam opinionem,  
qua retenta ob mortem substituti intrat inspectio  
caducationis; Vel potius talis institutio resolvatur  
in simplex legatum usufructus, ille verò, qui post  
mortem vocatus est ad proprietatem, dicatur parè  
hæres à principio, quo casu cessat caducatio.

Hic autem articulus quævis apud antiquiores  
esset involutus, xiiis quæ latè examinando quæstio-  
nem ad partes habentur apud *Bellon jun. de jur. ac-  
eres. c. 7. quest. 16. n. 292. cum seqq.* hodie tamen in  
foro est decisus, cum recepta sit opinio, ut cessan-  
tibus diversæ voluntatis probatione, vel conjectu-  
ris, vocatus ad proprietatem dicatur hæres directus  
à principio, institutus autem in usufructu dicatur  
istius legatarius, ut latè hanc veriorum probant *Bel-  
lon jun. ubi supra. Marcian jun. dist. 99. Rota apud Mer-  
lin. decis. 505. alijs decis. 22. par. 6. rec. ubi latè decis.  
120. & 172. par. 9. & in alijs frequenter, ut pluries  
advertitur supra & infra hoc tit. ac etiam in altero  
de *devotionibus*, præsertim in *Imolen. prædij.**

**BONONIEN.  
FIDEICOMMISSI  
DE MONTERENTIIS.**

P R O  
CÆCILIA ET PAULA  
DE MONTERENTIIS  
C V M  
JOSEPHO DE BOLO-  
GNETTIS.

*Casus decisus per Rotam pro Josepho  
& pendet.*

De eadem materia facultatis data  
eligendi vel nominandi successores  
in fideicommissio, An sit voluntaria  
quam in alterius voluntatem  
lata.

S V M M A R I V M.

- 1 **F**acti series.
- 2 De invalida substitutione persona  
collata in alterius voluntatem, & de  
bus & num. 6.
- 3 De limitationibus dictæ conclusionis, præ-  
sertim ubi est incertus de certis.
- 4 Subdeclaratur dicta limitatio super  
de certis.
- 5 Impugnatur altera limitatio de electione  
facta.
- 6 Examinatur conclusio, de qua num. 2.
- 7 Datur distinctio inter primam institutio-  
nem substitutionem vulgarem jure præ-  
lectionis regulandam, & substitutionem  
commissariam in remotum tempus  
factam.
- 8 De alijs limitationibus ad conclusionem  
num. 2.

D I S C. LXI.

**S**cripto hærede Hieronymo filio naturali  
materno, in istius descendencia masculina  
stianus de Monterentis testator perpetuo  
navit fideicommissum, quod ab ultimo de  
linea transtius facere deberet ad unum bono-  
dolis puerum eligendum per Præsidentem  
Pietatis Bononiæ, ipsius testatoris familiam  
perpetuo, & in cujus descendencia fideicommissum  
perpetuo continuare deberet; Cum casus  
dicti primi hæredis obitum absque prole  
na superstitibus Cæcilia & Paula filibus, præ-  
sertim verò prædicti sibi concessa facultate  
sephum de Bolognetis elegerint; Hinc in  
dictasque mulieres patris hæres orta con-  
silia, post duas sententias ad substituti favorem  
tas per Auditorem Generalem Bononiæ &  
introducitur causa in Rota coram Duzozetto, cum  
pluribus punctis ageretur, dotis scilicet & validam  
deicommissi, super utroque pro substituti  
tentiarum confirmationem prodiret resolutum  
die 27. Junij 1657. juxta decisionem inter illud  
zetti decis. 1006. atque ad dictam decisionem  
mam expedita sententia, illaque transactio  
dicatum commissi causa restitutionis in  
in eadem Rota coram Taja, datoque dubio  
stylum, an constaret de re judicata, vel  
de causis restitutionis in integrum, Et  
pta disputatione super utriusque puncti  
à qua utpotè læsionem continentem semper  
punctus restitutionis in integrum, que  
illa denegatur, illoque incertum est sub  
patrocinio proposito sub die 7. Februarij 1659.  
luiso substituto etiam favorabilis prodiret, sed  
cessa nova audientia, atq; me ad causam